

sensus aptior comprehendit. Quale est enim unum quodque per semetipsum. tale & iam deprehenditur sensu. Siquidem cunctis notior est ex consonantia. quae in duplicitate consistit. non est dubium primam esse omnium diapason consonantiam. meritoque excellere. quam cognitione praecedat. Reliquae uero hunc necessario secundum pythagoricum ordinem tenent. quem de derunt multiplicatae augmenta. et super particularis habitudinis debent merita. **M**onstratum quippe est. quod multiplex inaequalitas. super particulares proportionis. merito antiquitate transcedat. Quocirca naturae uel numerus ab unitate usque ad quatuor narium disponatur.

I	II	III	IIII
---	----	-----	------

Igitur unibinarius comparatus. proportionem duplicem facit. & reddit diapason consonantiam. eamque est maxima & simplicitate notissima. Si uero unitati ternarius comparatur. diapason ad diapente concordiam personabit. Quaternarius uero unitati comparatus. quadruplam tenet. bis scilicet diapason efficiens symphoniam. Quod si ternarius binario comparatur diapente. Si uero quaternarius ternario. diatesseron consonantiam supplet. Isque est horum ordo. cunctis ad se inuicem comparatus. Nam quae comparatio restat. si quatuor narium binario comparemus. eadem in duplicem proportionem. quam tenebat ad unitatem binarius comparatus. Itaque maxime distant soni. in bis diapason. cum a se quadrupla interualli dimensione discedunt. Maximum uero inter se esse consonantes uidentur soni. cuius maior grauiorem. tertia grauioris parte transcendit. Ac stat deinceps concinentiarum modus. quinqueque ultra quadruplam posse excedit. neque inter partem tertiam coartari.

habendo multiplicem augmentum per numerum
 in consonantia. sed ipse super particularis in
 partem quantitate decreuit
 vera autem est

Et secundum nichomachum quidem. hic consonantiarum est ordo. ut sit prima diapason. secunda diapason & diapente. tertia bis diapason. quarta diapente. quinta diatesseron. **S**ede bulides. atque hippasus. alium consonantiarum ordinem ponunt. Aunt enim. multiplicatae augmenta. super particularitatis diminutioni. ratio ordine respondere. Itaque non posse esse duplum. sed dimidium. Ne triplum proter tertiam partem. quam igitur sit duplum. ex eo diapason consonantiam reddi. Quae uero sit dimidium. exaequasi contrariam diuisionem sesquialteram. id est diapente officia proportionem. quibus mixtae scilicet diapason ad diapente. triplicem procreant. quae utrumque contineat symphoniam. **S**ed uersus triplicem partem tertiam. contraria diuisione partiri. ex quarum sit diatesseron symphonia nascetur. Triplicem uero atque sesquialteram iunctos. quadruplam comparationem proportionis efficere. Unde fit. ut ex diapason & diapente quae est una consonantia. & diatesseron. una concinentia coniungatur. quae in quadruplo consistens. bis diapason nomen accipit. Secundum hoc quoque. hic ordo est.

DE ORDINE CONSONANTIAE
 SENTENTIAE
 BULIDIS. HIPPASUS
 PASI